Iisdem de rebus semper, quasi dictata decantas, nec à tuis commentariolis discedis. Siempre dices unas mismas cosas, y nunca salis de vuestro cartapacio.

Poëtarum more verba fundis. Hablais como poëta.

Ars dux est certior, quam natura. Mas cierta es el arte que solo el natural.

Non satis magnam mihi tribuis gratiam. Mal me lo agradeceis, ò pagais.

Insunt in animis nostris justitiæ semina. Tenemos acá dentro unos principios de virtud.

In situs est nostræ menti cognitionis amor. Tenemos natural deseo de saber.

Murum jaculo trajiciam. Echaré la saeta, ò dardo de la otra parte del muro. Pasaré.

Omnes rationes fortitudinis ac patientiæ excitabo. Pensaré todas las razones, y cosas que me aiuden à la paciencia.

Nulla naturæ suæ primæ institutionis obliviscitur.

Ninguna cosa natural se olvida de aquello para que primero fue criada.

Omnis natura suam vim retinet à primo ad extremum. Cualquier cosa guarda su natural desde el principio al cabo.

Rationis perfectio virtus est. La virtud es perfeccion de la razon.

Natura fruges ad spicam producit ab herba. Cria la naturaleza las mieses desde que estan en yerba hasta que granan.

Non dum natura puerum ad rationis habitum perduxit. Aun no ha llegado este niño à años de discrecion.

Omnia unam referamus ad summam. Hagamos una suma de todo.

Quicquid in mentem inciderit. Cualquier cosa que se ofreciere.

Si una littera commota sit, tota res labet necesse est. Si una letra se muda, ba todo perdido.

Peccatum hoc omnes officii numeros prateriit. Es gravissimo pecado contra

todas las obligaciones.

Nullis nec suppliciis, nec premiis dimoveri potero ex eo, quod rectum esse decrevero. Por ningun castigo ni premio me apartaré de lo que entendiere ser justo.

Ex alto emergere, atque ad summam aquam appropinquare non possum. No puedo salir de lo hondo, ni llegar arriba, ó encima de la agua.

Hebes mihi est acies oculorum. Soi corto de vista.

Quæ tu reip. vulnera imponis, ego sano. Remedio yo los daños que vos hacéis à la Ciudad.

Hihil homines tam miseros facit, quam impietas, & scelus. Ninguna cosa hace al hombre tan miserable como el pecado.

Levatio vitiorum magna tibi facta est. Os habeis enmendado mucho de vuestras faltas.

Habes jam ad virtutis progressionem aliquantulum. Ya habeis dado algun paso en el camino de la virtud.

Fides non ita contenta numeris sunt, ut concentum ser-

servare possint. No estan templadas las cuerdas de fuerte que hagan consonancia.

Hæc mihi verba evelli ex ore nolo. No quiero que se me caigan, ò quiten estas palabras de la boca.

EX LIBRO QUINTO

de Finibus.

C*ognitione mihi es patruus frater, amore germanus.* En el deudo sois mi primo, en el amor hermano.

Ubi conficiemus ambulationem postmeridianam. A donde nos iremos à pasear despues de comer.

Locus est id temporis ab omni turba vacuus. Es lugar donde à aquella hora no hai nadie.

Solitudo est in templo. No hai alma viva, no hai nadie en la Iglesia.

Magna vis admonitionis inest in locis. Puede mucho el lugar para acordarnos, aiuda mucho.

Ita te Salmantica collocaſti ut sis unus è viris sa-

pietissimis. Os disteis tal maña en Salamanca, que sois uno de los doctos hombres del mundo.

Vitam edere. Vivir.

Ad fluctum declamare solebat Demosthenes, & fremitum assuevit voce vincere. Solia Demostenes declamar junto las corrientes de los rios, y dar tales voces, que vencian el ruido del agua.

Romæ quacumque ingredimur in aliquam historiam vestigium ponimus. En Roma por donde quiera que entramos topamos con historias memorables.

Ex hac urbe tanquam ex omnium artium officina viri doctissimi extiterunt. Desta ciudad han salido hombres doctísimos como de una escuela general.

Natura sic à philosophis investigata est, ut &c. De tal fuerte los Filósofos investigaron las cosas naturales, que &c.

Plus in virtute, quam baculus tene firmitatis, & roboris. Sed en la virtud

mas constante que hasta aqui.

Concionator est concinnus et elegans, sed ea, quæ in eo desideratur, gravitas non est. Es predicador que tiene gracia y donaire pero no la gravedad que en el se desea.

Auctoritatem tua oratio non habet. No tiene autoridad lo que decís.

Concionatoris hujus redundat oratio. Tiene mucha paja, y parola.

In patriis institutis maneo. Persevero en las costumbres de mi tierra.

Quem in portum me recipiam nescio. No se donde me acoja.

Sunt in animis nostris quasi virtutum igniculi. Tenemos acá dentro unos estímulos de virtud, ò para la virtud.

A virtute totius vite ducam exordium. De la virtud comenzaré todo el orden de mi vida.

Prudentia vite ars. La prudencia nos enseña à vivir.

Quæ contra voluptatem

dicta sunt, eadem ferè cadunt contra luxuriam. Lo que está dicho contra el deleite, se puede decir contra el demasiado regalo.

Tua sententia in hunc sententiarum orbem, quem circumscripsi, incidere non potest. Vuestro parecer no puede ser uno de los que tengo dichos.

Exclusa sententia tua est. Ya se echó fuera vuestra opinion, ò parecer.

Hinc capiamus exordium. Comencemos de aqui.

Id dubitationem non habet. No tiene duda eso.

Laqueo sibi querit exitum. Trata de colgarse.

Neutram in partem propensior sum. A ninguna de las dos partes estoi mas inclinado, ò no mas à una parte que à otra.

Ludens tibi minabar. Os amenazaba burlando.

Injecto nobis terrore mortis horrescimus, ac formidines post mortem extimescimus. Despeluzamonos con el temor de la muerte, y espantamonos con los temo-

mores de la otra vida.

Discessu à suis, qui moritur, atque ipsa relinquenda luce movetur. Siente el q muere apartarse de los suos, y dejar esta luz.

Prius potero à me ipso discedere, quàm, &c. primero dejaré de ser quien soi, que &c.

Appetitus rerum, quæ ad naturam accommodatæ sunt, ingeneratus est omnibus. Todos tienen apetito natural, y inclinacion à las cosas con que se confervan.

In literis sunt ad bene vivendum momenta maxima. Aiudan mucho las letras para bien vivir.

Animus sui datus est pro sale ne putrescat. Al cuerpo no le sirve el alma mas que de sal para que no se corrompa.

Dant se pueri ad ludendum, fabellarumque audizione ducuntur. Danse los muchachos a jueguecillos, y gustan de oír consejos.

Vim nature per caliginem cernimus. Vemos las cosas naturales como por tela

de cedazo.

Multos dolores curationis causa pertuli. Mucho he padecido por sanar.

Tantus est omnibus innatus cognitionis amor, & scientiæ, ut ad hanc hominum natura nullo emolumento invitata rapiatur.

Tienen todos tan grande, y tan natural deseo de saber, que sin ningun interese se mueven los hombres à ello.

Magnus est in nobis studii ardor. Tenemos grandes ganas, y brios de estudiar.

Prætermissa repetimus. Repetimos lo que nos habemos dejado.

Inchoata prosequimur. Pasamos adelante con lo comenzado, ò proseguimos.

Nullum necessarium vite cultum, aut paratum requiro. No echo menos ninguna cosa necesaria para la vida.

Bestiæ, quas delectationis causa concludimus, motus solutos, & vagos requirunt, & si copiosius alantur. Los animales que tenemos en jau-

jaula para nuestro pasci-
tiempo, aunque tengan
alli mejor pasto, quieren
andar libres, y sueltos.

In literis etatem conterere.
Gastar la vida en los estu-
dios.

*Fungi officio in recte fac-
tis est.* Tiene se por virtud
hacer uno su deber.

*Deditus voluptatibus, cu-
piditatum incendii inflam-
matus.* Hombre dado á los
deleites, y abrasado en
sus pasiones, y deseos.

Magna perfundor letitia.
Bañome en alegría y go-
zo.

*Extrus animo altitudinem,
excellentiámque virtutum.*
Imaginad allá dentro de
vos el edificio de las vir-
tudes.

Ne diverticula queras.
No busqueis por donde
os evadir, ó salir.

*Hec habent bene longam
& satis litigiosam, dispu-
tationem.* Es la disputa des-
to bien reñida, larga.

*Nescio quomodo praeervola-
vit hac oratio.* No se co-
mo se me quedó esto por
decir.

A proposito aberravimus.
Nos habemos apartado
de lo que propusimos.

*Prima si dederis, danda
sunt omnia.* Si me conce-
deis lo primero, todo me
lo habeis de conceder.

*Haeret in salebra oratio
mea.* No se salir desta di-
ficultad.

*Animus à rerum coelestium
contemplatione multis cogi-
tationibus abducitur.* Dis-
traese el corazon con al-
gunos pensamientos de la
consideracion de las cosas
del Cielo.

*In maximis lucris, si pa-
rum aliquid damni contra-
xeris, nihil est.* No es nada
en grandes ganancias per-
der algo.

*Multi virtutis causa, nisi
ea voluptatem acciret, ne
manum quidem verterent.*
Muchos por la virtud, si
ella no trage se consigo de-
leite, no alzarían el pie
del suelo.

Ardeo podagra doloribus.
Tengo terribles dolores
de gota.

EX PRIMA TUSCULANA.

A Nimo studia retineo, quamvis temporibus remittam. Aun me tengo el deseo de estudiar aunque por el tiempo no estudio.

Longo intervallo intermissa studia revocamus. Tornamos à nuestros estudios despues de mucho tiempo que los dejamos.

Honos alit artes, omnesque incenduntur ad studia gloria. El premio hace letrados, y todos por la honra se mueven à estudiar.

Facient ea semper, quæ apud quosque improbantur. Tienenle en poco aquellas cosas en los ojos de aquellos que las reprueban.

Fidibus præclarè canis. Tañeis bien una vihuela, ò harpa, &c.

Recusasti in convivio lyram. No quisistes tañer en el combite.

Utilitate omnium artium terminamus modum. El fin de cada arte medimos por

el provecho della, ò tasa. *Q*

Tæ etate ante eo. Soi maior que vos.

Facuit Theologia usque ad nostram ætatem. La Theologia ha estado hundida, y tenida en poco hasta nuestros tiempos.

Facient liberales artes, nisi lumen habeant Latine linguæ. No lucen las ciencias sin el lustre de la lengua Latina.

Cogitationes suas literis mandare. Escribir sus conceptos.

Liber hic delectatione pariter, & utilitate lectorem alliciet. Este libro así con el gusto como con el provecho atraerá al lector.

Hinc orationis nascetur exordium. Este será el exordio de la oracion.

In miseriam nati sumus sempiternam. Hemos nacido para padecer perpetua miseria.

Siti enectus. Muerto de sed.

Maxima corona mihi dicendum est. Tengo de orar con grande auditorio.

Nihil negotii est hæc poetarum, & pictorum portenta convincere. No hai dificultad en convencer las ficciones de los poetas, y pintores.

Ubi est acumen tuum? ¿A donde está vuestra habilidad, donde teneis el feso?

Non sum ita hebes, ut ista dicam. No soi tan necio que diga eso.

Quoniam me verbo premis. Porque me apretais con esa palabra.

Concedo, quoniam extorfisti, ut faterer. Os lo concedo porque me habeis hecho confesar por fuerza.

Video calcem, ad quem nobis est decurrendum. Veo el fin à donde habemos de pretender llegar.

Uberius ista, quaeso. Explicad mas eso.

Nihil te interpellabo, ut à te continentem orationem audiam. No os atajaré, ò interrumpiré por oiros à la larga.

Nolo, certa ut sint, & fixa quæ dixero. No quiero

que sea immutable lo que digere.

Discessus animi à corpore mors est. La muerte es apartarse el alma del cuerpo.

Non una corpus animusque occidunt, ac extinguuntur. No mueren juntamente cuerpo, y anima.

Mens animi principatum tenet. El entendimiento tiene el primer lugar en el alma.

Ex animi sententia feci. A mi gusto lo hice.

Longè omnibus præstas, & ingenio, & diligentia. En habilidad, y cuidado haceis à todos mucha ventaja.

Cùm animus è corpore excesserit, in cælum tamquam in domicilium suum perveniet. Cuando el alma saliere del cuerpo, irá al cielo como morada propia suia.

Excessu vitæ non sic deletur homo, ut funditus intereat. Con la muerte no se acaba el hombre de tal suerte que no quede nada dél.

Mors non interitus est, qui omnia tollat, ac deleat.

La muerte no lo acaba todo.

Mors in optimis viris dux in coelum est. La muerte a los buenos es camino para el cielo.

Totum pene coelum humano genere completum est.

Está el Cielo poblado de Santos que han ido de acá.

Nullus tam immanis, & barbarus, cujus mentem non imbuert aliqua Deorum opinio. No ha habido hombre tan barbaro que no haia creído que hai algun Dios.

Heretici de Deo prava senserunt. Los Hereges han sentido mal de Dios.

Abiit ad superos pater. Fuese al Cielo mi padre.

Inhaeret in mentibus quasi saeculorum quoddam augurium futurorum. Tenemos acá dentro una como biflumbre del siglo venidero.

Omnium consensus naturae vox est. En lo que todos concuerdan parece

como principio, y verdad natural.

Animus tuus ingenio, & virtute maximè excellit. Os señalais mucho en habilidad, y virtud.

Optimus quisque maximè posteritati servit. Todos los buenos tienen cuenta con dejar memoria de sí.

In terram casurum est corpus, atque humo tegendum. El cuerpo se ha de bolver en polvo y tierra, parando en la sepultura.

Magni laboris est revocare mentem à sensibus, & cogitationem à consuetudine abducere. Gran trabajo es recoger el corazon, y dejar de pensar en las cosas de que mucho tiempo ha tratado.

Magnam me in expectationem adduxisti. Habeis hecho que se espere mucho de mi.

Errare cum Platone malo, quam tecum vera sentire. Mas quiero errar con Platon, que acertar con vos.

Macte virtute. Ea hombre de gran virtud.

Terra ad universi cœli complexum quasi puncti instar obtinet. La tierra en comparacion del cielo es un punto.

Animi à terra longissimè se efferunt. Los animos de los hombres levantanse mucho de la tierra.

Ignis, & aer nihil habent proni, supera semper petunt. El fuego, y el aire no tienen cosa grave, siempre tiran para arriba.

Animus superiora capeffat necesse est. Es menester que el corazon vaia à lo alto.

Nulla est celeritas, quæ possit cum animi celeritate contendere. No hai ligereza que iguale à la del alma.

Cœlum hoc, in quo nubes, imbres, ventique coguntur. Este cielo, ò aire en que se cuajan las nubes, lluvias, y vientos.

Corporis facibus inflamamur ad omnes cupiditates. Tenemos en el cuerpo incentivos de los malos deseos.

Laxatus sum curis. Es-

toi libre de cuidado.

Circumsusi sumus caligine. Estamos rodeados de una niebla, y obscuridad.

Ea ipsa, quæ novi, majorem mihi cognoscendi cupiditatem dant. Eso mismo que sé, me dá mas gana de saber.

Animus in conspectum cadere non potest. No se puede ver, es invisible el anima.

Tanta est aëris tenuitas, ut oculorum fugiat aciem. Es tan sutil el aire que no se puede ver.

Inanimum est omne, quod pulsa agitur externo. Cosa inanimada es todo aquello que se mueve (como llaman) abextrinseco.

Quod animatum est motu cietur interiore, & suo. Lo que tiene anima se mueve ab intrinseco.

Valde isti faveo sententiae. Pareceme muy bien esa opinion.

In insolitum, ac perturbatum domicilium immigravi. Heme pasado à un aposento, que no se habitaba, y todo rebuelto.

A necessariis ad vitæ cultum rebus ad elegantiora defluximus. De lo necesario para la vida hemos venido à lo pulido, y galano.

Astrologi Solis, Lunæ, Stellarumque motus in spheram alligarunt. Los Astrologos han puesto en la esfera los movimientos del Sol, Luna, y Estrellas.

Grave plenumque carmen sine cœlesti aliquo mentis instinctu, fundi non potest. No se pueden hacer buenos versos sin dón particular de Dios.

Fluit eloquentia tua, abundatque sonantibus verbis, uberibusque sententiis. Corre vuestra elocuencia con mucha abundancia de palabras y sentencias.

Theologia nos ad Dei Opt. Max. cultum, ad virtutesque omnes erudit. La Theologia nos ha enseñado à honrar à Dios, y ha dado conocimiento de todas las virtudes.

Theologia ab animo tamquam ab oculis caliginem

dispulit. La Theologia nos ha quitado las tinieblas del corazon como de los ojos.

Regi pocula ministro. Soi page de copa.

Nihil est in animis nostris mixtum, atque concretum, aut quod ex terra natum, aut fictum sit. No hai cosa en nuestra anima de mezcla de tierra.

Accretio, & diminutio Lunæ. El creciente, y menguante de la Luna.

Ego quidem in physicis plūbeus sum. En cosas de Filosofia soi un mazo.

Non ad mortem trador. No me llevan à matar.

Minima nobis esse debet cum corporibus contagio. Hemos de procurar que se nos pegue poco del cuerpo.

Qui acriter oculis deficientem solem intuentur, aspectum amittunt. Los que miran de hito en hito el Sol eclipsado pierden la vista.

Quid dubitas, circumspicis, hæstas? Qué estais dudando.

Tanquam ratis in immenso mari nostra vehitur oratio
El discurso se engolfa, como nave en el oceano.

In jussu Dei hinc demigrare non licet. No podemos partir desta vida sin licencia de Dios.

Latus ex his tenebris in lucem illam cœlestem exceffero. De buena gana partiré desta vida misera para el cielo.

Tota viri boni vita commentatio mortis est. Toda la vida de los buenos es pensar en la muerte.

Cum à voluptate, re familiari, corpori sevocamus animum. Cuando recogemos el corazon distraído con el deleite, hacienda, &c.

Animum tuum ad se ipsum advoca, secum esse coge, fecerne à corpore, disjunge, consuesce mori. Haced que more vuestro corazon dentro de sí, recogedle, apartadle del cuerpo, acostumbraos à morir.

Cum in cœlum ex his vinculis emissi feremur minus

tardabitur cursus animorum.
Quando salieren para el Cielo de la carcel de este cuerpo, menos tardarán nuestras almas.

Qui in compedibus corporis semper fuerunt, etiam cum soluti, tardius ingrediuntur. Los que siempre han estado con grillos aun cuando los sueltan no aciertan à andar.

Volat ætas. Pasase el tiempo.

Movemur sæpe aliquo acutè concluso. Movemonos muchas veces con algun agudo argumento.

Vir bonus turbido semper motu vacat. El bueno nunca tiene cosa que le turbe.

Multa in corpore existunt, quæ acuant mentem, multa, quæ obtundant. Muchas cosas hai en el cuerpo, que avivan el ingenio, y muchas que le embotan.

Spero fore, ut contigat id nobis. Espero en Dios que nos sucedará esto.

A vita per inedia m discendis. Os matais, ò moris de hambre.

Mors nos à malis , non à bonis abstrahit. La muerte nos aparta de males, no de bienes.

Nullum à fortuna vulnus accepi. Ninguna desgracia me ha acontecido.

Fili omnes tibi sunt iuxta uxore nati. Todos los hijos que tencis son legitimos.

Imponere in rogam. Poner en la hoguera ; olim , sepultar.

In aram confugi. Acogime à sagrado.

Morte sensum malorum amittimus. La muerte nos quita que no fintamos los males.

Propagatione vite multas hausit calamitates. Por vivir mucho he visto mucha mala ventura , ò padecido.

Valet hoc in vivis. Esto ha lugar en los vivos.

Hoc premendum etiam atque etiam est argumentum. Este argumento se ha de repetir muchas veces.

Hoc probè stabilito , & fixo , &c. Fundado pues, bien esto , &c.

Quoties martyres Christi ad non dubiam mortem fidei causa concurrerunt? Cuan-
tas veces los martires por la fe se pusieron en evidente peligro de muerte?

Contrahitur animus ex metu mortis. El temor de la muerte estrecha, y aprieta el corazon.

Quotidie somnum imaginem mortis induimus. Cada dia experimentamos en el sueño la imagen de la muerte.

Pellantur ineptia pene animales. Vaian fuera esas necesidades, y abusiones de viejas.

Nondum infans gustaverat vite suavitatem. Aun no habia comenzado à gustar el niño de la vida.

Adolescentes cursu à tergo insequens nec opinantes consecuta est senectus. Los mozos sin pensar, cuando me-
nos se catan, hallan la ve-
jez en casa.

Fluvius hic non in mare influit. Este rio no entra en la mar.

Provesta aetate mortuus

est pater. Murió mi padre ya viejo.

Veneno hausto conceptam jam precordiis mortem contineo. Bebida la ponzoña ya tengo la muerte en las entrañas.

Mortem mihi auguraris. Pronosticaisme la muerte.

*Magna me tenet spes bene mihi evenire, quod mita-
tar ad mortem.* Grande esperanza tengo que será mucho bien para mi el matarme.

Deus bone quid lucri est emori? Valgame Dios, que gran bien es el morir.

In hac civitate leges vigent. Florecen las leies en esta ciudad.

Mortem occumbere. Morir, echarse a morir.

Jam moriendi tempus urget. Ya se acerca la muerte.

Quid mihi ferarum laniatus oberit nihil sentienti? Que mal me haran las fieras despues de muerto, pues no siento?

Condire mortuum. Embalsamar.

Ita turpia sunt hæc ut ea

fugiat, & reformidet oratio. Son estas cosas tan torpes, que no son para decir.

Nemo parum diu vixit, qui virtutis perfectæ perfundus est numere. No ha vivido poco el que ha llegado à tener perfecta virtud.

Multa mihi hoc tempore ad mortem tempestitiva sunt. Por muchas razones me estaria bien morir aora.

Gloria virtutem tanquam umbra sequitur. La honra va tras la virtud como la sombra tras el cuerpo.

Si Sanctorum virorum aliquam similitudinem arripueris. Si en algo te parecieres à los Santos.

Fidenti animo, si ita res ferat, gradiar ad mortem. De buena gana moriré si fuere menester.

Hanc excutere opinionem tibi radicitus vellem. Querria sacarte desta opinion.

Mortem in malis non duco. No tengo la muerte por mal.

Ubertas tibi orationis non defuit. No os faltó copia que decir.

Supremus dies non extinctionem sed commutationem affert loci. El dia de la muerte no hace mas que mudar el lugar.

Omnes labores exantlasti. Has padecido todos los trabajos.

Portum mihi in morte, ac perfugium paratum puto, quo utinam passis velis perveni liceat. La muerte tengo por puerto seguro para mi, à donde ojalá fuésemos presto.

EX SECUNDA TUSCULANA.

QUI virtuti deditus est magnum sibi praesidium ad beatam vitam comparat. El que se dá à la virtud tendrá una cosa que le ayudará mucho para ser bienaventurado.

Copia sententiarum, atque verborum obruitur imperita multitudo. El vulgo ignorante no es capaz de mucha elocuencia.

Theologia doctissimorum contentioneibus, dissensionibus-

que viget. La Theologia crece con las disputas de los hombres doctos, apurase.

Concionatorum laus ita ducta ab humili venit ad summum, ut quod natura fert in omnibus ferè rebus, senescat, & brevi tempore ad nihilum ventura videatur. Han subido tanto de punto los sermones, que parece que han de ir cayendo como las demas cosas.

Certis quibusdam, destinatisque sententiis addictus, & quasi consecratus es. Estais tan asido à ciertas opiniones que parece que habeis jurado de no dejarlas.

Refellere sine pertinacia, & refelli sine iracundia paratus sum. Estoi aparejado para arguir sin pertinacia, y responder sin ira.

Sermo noster à tali quodam est inductus exordio. Este como principio tubo nuestra platica.

Metus quidem animo mihi obijcitur. Vienenme ciertos temores.

Virtus medetur animis, inanes sollicitudines detrahit, cupiditatibus liberat, pellit timores. La virtud cura las almas, quita los vanos cuidados, libra de las pasiones, echa fuera los temores.

Institutio, atque educatio multum valet cum est idoneam complexa natura. La buena educacion ayuda mucho cuando cae sobre buen natural.

Tua mentibus nostris infundit oratio. Quedosenos lo que digiste fijo en la memoria, asentosenos aca.

Ita sum moratus ita animo de vita constitutus, ut &c. Tengo tales costumbres., que &c.

Disciplinam meam non ostentationem scientiae, sed legem vitae puto.

Lo que no es para vana ostentacion sino para saber bien vivir.

Mali sunt docti tanta levitate, & jactatione, ut ut fuerit non didicisse melius. Hai muchos hombres doctos tan vanos, que les valiera mas no

haber estudiado.

Cum tua vita mirabiliter pugnat oratio. Vuestra doctrina cõtradice à vuestra vida.

Concionator vitiis deditus artem vitae professus delinquit in vita. El predicador vicioso profesando arte de bien vivir, falta en la vida.

Non omnes animi culti fructum ferunt. No todos los ingenios bien cultivados responden con el fruto.

Extrahere vitia radicitus, praeparare animum ad satus virtutum accipiendos. Sacad los vicios de raiz, y aparejad vuestro corazon para recibir las plantas de las virtudes.

Quo me cumque ducet ratio, sequar. Haré lo que me dictare la razon.

Carmina molliunt animos nostros. Los versos enternecen nustros corazones.

Voluptas nervos omnes virtutis elidit. El deleite quita todas sus fuerzas à la virtud.

De re, non de verbo laboramus. No se nos dá mucho del nombre, la cosa buscamos.

Ad tuas ineptias redis. Buelveste à ser necio, à tus necedades.

Re succumbere non oportet militem in verbis gloriantem. No ha de rendirse el soldado que blasona del arnes.

Vitium interdum virtutis nomine amplectimur. A las veces abrazamos el vicio so color de virtud, bautizado con nombre de virtud.

Non est viro dignum gemere, ejulare, lamentari, frangi, debilitari dolore. No es de hombres gemir, llorar, y cuitarse, &c.

Dolor hic animi inductione languescet. Aplacarse ha este dolor con pensar esto, ò con persuadirse.

Commissa ne enuncies, ne prodas confcios. No descubrais el secreto que os han encomendado.

Afflictus, & jacens, & lamentabili voce deplorans. Hombre cuitado, y afligido.

Patientia dolor opprimitur. Con la paciencia se vence, y mitiga, el dolor.

Pungit dolor, vel fodiat sanè. Escuezeme el dolor, y acabeme siquiera.

Quod mos valet, ratio non valebit? Lo que puede hacer la costumbre, no hara la razon?

Æstu magno agmen duco. Con grande calor llevo el egercito.

Apud nos fœminæ mollissimo cultu parietum umbris occuluntur. Las mugeres delicadamente vestidas, se estan à la sombra en casa.

Ploratus turpissimos edis. Llorais afrentosamente.

Qui alteri exitium parat, cum oportet scire, sibi paratam pestem. El que trata de matar à otro, entienda que otros trataràn de matarle à èl.

Obligare, & alligare vulnus. Tomar la sangre, y atar la herida.

Colloca saucium in cubili. Acostad al herido.

Anicula sepe in ediam bidduum, aut triduum ferunt.

Algunas vegezuelas se estan sin comer dos y tres dias.

Subduc militi unum diem cibum, Deum implorabit. Quitad al soldado un dia la comida, clamará y tomará el cielo con las manos. Aqui de Dios.

Pernostant venatores in nive, in montibus uri se patiuntur. Pasan los cazadores la noche en la nieve, y dejanse abrafar de calor en los montes.

Nunquam is vultum mutavit. Nunca se mudó jamas.

Mollem animum meditatione, & ratione corrobora. Esforzad vuestro animo con la consideracion.

Ego ne ut te interpellem? Atajaros yo? Jesus.

Ad credendum me tua ducit oratio. Inclínome à creer por lo que me decís.

Itera dum eadem ista mihi. Torname à decir esso otra vez.

Si te dolor aliquis perverlerit, exclamabis, ut mu-

lier. Si algún dolorcillo te tocara gritarás como mugercilla.

Ratio coerces temeritatē. La razon vence à la inconsideracion.

Frangitur pudore sepe, qui ratione non vincitur. Muchas veces al que no vence la razon vence la verguenza.

Pedentium ite, & sedato nisu, ne succussu me arripiat maior dolor. Id de espacio, y haciendo poca fuerza, porque el movimiento no me cause maior dolor, con menearme.

Attrectatu dolorem auges. Acrecentais el dolor tocando la herida.

Nutu, quod vis, conficies. Con el pie hareis lo que quereis.

Cum liquecimus voluptate, fluimusque mollitia, apud aculeum sine clamore ferre non possumus. Quando estamos mui regalados no podemos sufrir una picadura de abeja sin dar gritos.

Acer est doloris morsus. Es terrible el dolor.

Am.

Animus intentione sua omnem pressum ponderum depellit. Estando el animo alerta, y despierto cualquier carga sufre.

In omnibus officiis persequendis animi est adhibenda contentio. Para todo lo que se ha de hacer es menester brio y valor.

Succumbere animo. Desmaiar.

In profundenda voce omne corpus intenditur. Cuando damos grandes voces, con todo el cuerpo hacemos fuerza.

Vehementior hac venit plaga. Mas recio golpe vino este.

Qui volunt exclamare majus, non satis habent latera fauces, linguam intendere, è quibus elici vocem, & fundi videmus, sed toto corpore atque omnibus unguiculis, (ut dicitur) contentioni vocis asserviunt. Los que quieren dar grandes voces no se contentan con hacer fuerza con la garganta, lengua, y pecho, donde sale la voz, sino de todo el cuerpo se

firven para el mismo efecto.

Balista, ac tormenta telorum èo graviores emissiones habent, quò sunt contenta, atque adducta vehementius. Las ballestas cuanto mas flechadas mas tiran.

Cursus est quidam nobis, atque impetus ad laudem. Todos estamos inclinados, y vamos como corriendo à la honra.

Mori malim, quam tantillum de dignitatis gradu dimoveri. Antes querria morir que perder punto del decoro de mi persona.

Undè cum sanguine vitam effluere sentio. Con el flujo de la sangre veo que se me acaba la vida.

Facies mihi doloris admoventi videntur. Pareceme que me meten puñales por el cuerpo.

Quæ flamma est per quam non currant ii, qui honores appetunt? Qué fuego hai por donde no se metan los ambiciosos?

Punctis singulis honorem

colligis. Mirais en puntillos, de cada cosilla que-
reis sacar honra.

*Omnia benefacta in luce
se collocari volunt.* Todas
las buenas obras quieren
hacerse en publico.

*Nullum theatrum virtu-
ti conscientia majus est.* La
virtud se contenta con el
testimonio de la buena
conciencia.

Ut est captus hominum.
Segun la capacidad de los
hombres.

Dolore non frangor. No
me desfmaia el dolor.

*Non modò stimulos dolo-
ris sed etiam fulmina fortu-
nae contemnám.* No solo
despreciaré el dolor, pe-
ro aun todos los golpes
de la fortuna.

Ad clepsydrám dicere. Me-
dir el tiempo que se habla
por relox de arena.

EXTERTIA TUSCULANA.

Sunt ingeniis nostris semi-
na innata virtutum.
Tenemos en nuestras ani-
mas unos principios de
virtud.

*Simulatque editi in luz-
cè, & suscepti sumus, in om-
ni continuo pravitate versa-
mur.* En naciendo anda-
mos entre todos los pe-
cados del mundo.

*Cum lacte nutricis erro-
rem suxisti.* Con la leche
mamaste el error.

*Variis erroribus imbui-
mur ita ut vanitati veritas
cedat.* Aprendemos mu-
chos yerros, de manera
que la verdad se rinde à la
mentira.

*Inbærescunt penitus men-
tibus, quæ pueri discimus.*
Lo que aprendemos de
pequeños, estrañamente se
pega.

*Inclinato jam in postme-
ridianum tempus die.* Cai-
do ya el sol.

Existi è potestate. Saliste
de ti.

*Humanum quidem id est,
neque enim felice nati su-
mus.* Es cosa humana essa,
porque no somos los
hombres de piedra para
no sentir.

*Non solum ramos ampute-
mus vitiorum, sed omnes
radicum fibras evellamus.*

No

No solo cortemos las ramas de los vicios, pero saquemoslos de raíz.

Stirpes sunt altæ vitiorum. Tienen hondas raíces los vicios.

Id in vitio ponitur. Tiene por vicio, por falta eso.

Corpus à statu cum est motum, deest suo officio, & muneri. Cuando el cuerpo anda desconcertado, ò no tiene buena disposicion, no puede hacer su oficio.

Non est rectè affecta manus. No tengo buena la mano.

Omnes virtutes inter se nexæ, & conjugatæ sunt. Todas las virtudes andan jūtas, y trabadas unas con otras.

In tumore manus est. Está hinchada la mano.

Vitiosè se habent membra tua omnia. Todos tus miembros tienes malos.

Si volumus hoc, quod datum est vitæ, tranquillè, placideque traducere. Si queremos pasar con quietud, y descanso esta poca vida que tenemos.

Res est omni contentione, velis (ut ita dicam) remisque fugienda. Cosa es esa que se ha de huir todo lo posible.

Ægritudo lacerat, exest animum, planèque conficit. La passion atormenta, consume, y carcome el corazón.

Perceptas penitus, & pertractatas humanas res habere sapientiæ est. Es cordura tener muy miradas, y pensadas las cosas.

Idem tibi semper vultus est, cum mentis, à qua is fingitur, nulla sit mutatio. Siempre teneis un mismo semblante, pues el animo que lo causa no se os muda.

Fortunæ advenientis impetus diuturna præmeditatione frangamus. Deshagamos los golpes de la fortuna con pensarlos mucho antes.

Avocatione à cogitanda molestia, & revocatione ad cœlestem gloriam contemplantam animi dolorem minues. Con apartar el pensamiento de lo que dá

pena, y ponerlo en la gloria eterna, alibiaras el dolor del corazon.

Nihil est, quod tam obtundat, eleuetque aegritudinem. No hai cosa que mas venza, y alibie el dolor, y la passion.

Mortis in omni vita cogitatio, meditatioque hoc affert, ut semper cautè vivamus. El pensar toda la vida en la muerte, tiene este provecho, que nos hace siempre vivir con recato.

Sapientia fugeris munere. Haceis como sabio.

Hac una cogitatio maxime molestias omnes extenuat, & diluit. Esta consideracion es la que mas disminuie, y quita todas las pesadumbres.

Inest in nostra potestate, fodicantibus iis rebus, quas malas esse opinemur, dissimulatio, & obliuio. Está en nuestra mano quando nos pican y lastiman las cosas que pensamos ser malas, disimularlas, y olvidarlas.

Lacerant me curæ, vexant, stimulos adhibent, res-

pirare non sinunt. Atormentanme y consumenme cuidados, y no me dejan sosegar un punto.

Tarda est jam hæc medicina. Ya viene tarde este remedio.

A virtute hujus morbi medicina petenda est. En la virtud habeis de buscar remedio deste mal.

Os perfricuiisti. Perdiste la verguenza.

Fungar interpretis munere. Serviré de lengua, ó interprete.

Expone, quæ spectem, florida, ac varia, fasciculum ad naves admove, incende odores, fertis me redimito, & rosa. Poneme muchas flores delante, y un ramillete à las narices, perfumame, y poneme guirnaldas.

Lucum mihi omnem absterfisti. Habeisme quitado toda la tristeza.

Carmen est rebus, & verbis & modis lugubre. Las cosas, y palabras, y números desta poesia, todo es triste.

Num fingo? num mentior?
Por

Por ventura pongo algo de mi casa, digo mas de lo que es, miento?

Sensim, & pedetentim progrediens extenuatur dolor. Poco à poco se va mitigando el dolor.

Orationem ad exempla traducam. Probaré con egemplos, lo que digo, ó traeré egemplos.

Omnibus modis fulciendi sunt, qui ruunt. Por todas las vias debemos de ajudar à los que van de caida.

Dolor corporis, cujus est morsus acerrimus. El dolor del cuerpo, que suele escocer mucho.

Aut te non attinget, aut perleviter punget animi dolor. O no tendreis vos pena desto, ò será poca.

Mulieres lacerant crines, & genas. Desgreñanse, y arañanse.

In animi doloribus multi solitudines captant. Algunos se van à los desiertos euando tienen algo que les dá pena.

Cum ad me impetum suam fortuna convertat. Cuán-

do venga la desgracia por mi casa.

Stultitia est aliorum vitia cernere, oblivisci suorum. Es de necios ver las faltas ajenas, y olvidar se de las suias.

Contrastiumcula quedam animi mihi relinquuntur. No se que penas, y enco-gimiento me queda aun acá.

Quid præclarum, quod non idem arduum? Qué cosa hai grande, que no sea dificultosa?

EX QUARTA TUSCULANA.

Doctrina tua longè lateque fluit, atque permanat. A muchos aprovecha vuestra doctrina.

Mentem à cogitationum intentione ad tranquillitatem cantu, fidibusque tra-duco. Cuando estoi harto de estudiar ò meditar, entretengome con la vihuela, ò musica.

Omnia consequi poteris simul, ut velle cæperis. En queriendo lo alcanzareis todo. In

In inferiorem ambulationem descendamus. Bagemonos à pasear abajo.

Perexigua oratio tua fuit, quâ animos commoveres. Mai poquito digistes para mover.

Pandam orationis vela. Estenderé las velas en lo que tengo de decir.

Intento opus est animo, nam omnia dilabentur, si aliquid effugerit. Atencion es menester, porque todo se os irá, si una sola cosa dejais de perceber.

Metus recessum quendam animi, & fugam efficit. El temor desmaia el corazon.

Terrorem pallor, & tremor, & dentium crepitus consequitur. Tras el espanto luego se sigue temer, y pararse blanco, y crugir de dientes.

Omnes sunt ad perfundendum animum tuum tanquâ illiquesactæ voluptates. Todos los regalos del mundo se buscan para daros contento.

Hac in re jactant se opiniones inconstanter, & turbide. Muchas, y varias

opiniones hai en esto.

Morbus in venis, medullisque insedit. Tiene metida la enfermedad en los huesos, y en las entrañas.

Morbo sum tentatus. Qui, se estar enfermo.

Ex iis difficultatibus, tanquam è scrupulosis cotibus enavigavit oratio. Ya hemos salido destas dificultades como de un barranco.

Reliquæ disputationis cursum teneamus. Pasemos adelante con nuestra disputa.

Bona omnia à virtutis fonte ducuntur. Todos los bienes nacen de la virtud como de fuente.

Omnium malorum in una virtute posita sanatio est. El remedio de todos los males està en sola la virtud.

Jam id proverbii locum obtinet. Ya esto se tiene por refran.

Ne tabescas molestiis. No te consumas con pesadumbres, ò pudras.

Sitienter id appetens desiderio ardes. Deseais esto en

en estremo.

Alacritate futili gestiens deliquescis. Bañaste y derri-
teste en vana alegría.

*Animo sic excubo, ut ni-
hil mihi improvisum acci-
dere possit, nihil inopina-
tum, nihil novum.* Estoi
tan en vela y prevenido,
que ninguna cosa nueva
me podrá acontecer.

*Ita acrem in omnes partes
acien intendis, ut &c.* Mi-
raislo todo con tanta vi-
gilancia, que &c.

*Quæcumque casum fortuna
invexerit, subibo.* Cual-
quier cosa que viniere su-
frirè.

Mente vix consto. A pe-
nas estoi en mí.

*Vitia in lubrico sunt, in-
citataque semel in proclive
labuntur.* Es facil el pe-
car, y en comenzando
todo va allá.

*Refecari cupiditates pos-
sunt, evelli non possunt.*
Las pasiones pueden se
cortar, pero no arrancar
de raíz.

*Notior est nobis pater tuus
propter recentem memoriam.*
conocemos mejor à vues-

tro padre por haber poco
que pasó.

*Video utrumque cominus
istū cecidisse contrario.* Veo
que se mataron acuchillá-
dose el uno al otro.

*Impotentia dictorum, at-
que factorum quam habet
partem sanitatis?* El no ser
en su mano decir uno, y
hacer lo que quiere, qué
tiene que ver con cordu-
ra?

*Ira te ad furorem, mor-
temque perducet.* La ira os
tornará loco, y os acaba-
rá la vida.

*Non desiderat fortitudo ad-
vocatam iracundiam.* La
fortaleza no ha menester
aiudarse de la ira.

*Corporum adjuncta ad-
bibentur extrinsecus, ani-
morum salus inclusa in iis
ipsis est.* Los cuerpos aiu-
danse de cosas exteriores,
mas la salud de las almas
en ellas mismas está.

*Multis implicamur erro-
ribus.* Estamos en muchas
cosas engañados.

*Ad te jam convertenda est
omnis oratio.* Vengamos ya
à hablar de vos.

Obji-

Objicis mihi moerenti imbecillitatem animi effeminati. Daíisme en rostro con decirme que soi cobarde.

Magnitudini medicine doloris magnitudo concedet. Podrá mas la medicina que la enfermedad, y dolor.

Si ridere concessum est, vituperatur tamen cachinnatio. Si es licito reírse, pero no lo es dar grandes riadas.

Eodem vitio est effusio animi in letitia, quo in dolore contractio. La misma falta es derramarse mucho el corazon en la alegría, y encogerse, y temer en el dolor.

Efferre se letitia. Alegrarse demasiado.

Clavo clavum ejicere. Sacar un clavo con otro.

Intorquent sibi fratres gravissimas centumelias. Dicenle los hermanos injurias y palabras muy pesadas.

Id est se ipsum colligere, dissipatas animi partes in suum locum cogere. Recogerse es, hacer que el

anima entre dentro de sí.

Donec deservescat ira. Hasta que se os pase el enojo.

Quo te modo accepissem, nisi iratus essem. O cual te parára sino estuviera enojado!

EX QUINTA TUSCULANA.

IN optimo vivendi statu exquirendo me colloco. Empleome, ocupome en buscar el mejor estado de vida.

Animus meus est multis angoribus, & molestiis implicatus. Está mi corazon lleno de congojas, y pesadumbres.

Multi ex sua mollitie de virtutis robore existimant. Muchos por su flaqueza miden las fuerzas de la virtud.

In rerum divinarum contemplatione mea studia pono. Doime à la contemplacion.

Id usque ad nostram manavit aetatem. Eso ha llegado hasta nuestros tiempos.